

Aegrus.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
MOROSIS ÆGRIS,
PRUDENTIAM MEDICI
FATIGANTIBUS ET FLA-
GITANTIBUS,

^{QVAM}
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

D N. C A R O L O.
PRINCIPALE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENBUR-
GICO, ET RELIQUA;
GRATIOSO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRAESIDE

DN. GEORGIO ERNESTO STAHL,
CONSIL. AUL. ET ARCHIAT. REG. MED. ET RER. NATURAL.
PROF. PUBL. ORD. ACAD. NAT. CUR. COLLEG. DECANO

SPECTATISSIMO,
DN. PATRONO, PRÆCEPTORE AC PROMOTORE SUO
omni Observantiae & Honoris cultu etatem colendo,

PRO GRADU DOCTORIS,
Summisque in Arte Medica Honoribus, Insignibus, ac Privilegiis
Solenni Majorum more impetrandis,

Ad d. Novembr. MDCCXIV. horis ante & pomeridianis,

IN AUDITORIO MAJORI,
Publico Eruditorum examini submittit;

BALTHASAR FRIDERICUS JACOBI,
MED. PRACTICUS.

*HALÆ MAGDEBVRGICÆ,
LITT. CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYPCOR.*



DISTILLATIO IN AGRUM ET MELICIA

DE

MOROSIS AEGRI
PRINCIPALIA MEDICIN
PAGANUS ET FIA
GIGANTES

ERGOTIUM HABITATUR INTIMISSIMO

PER TERRAM POCULUM TROPICON MUNDIBVS

QD. ET TIBI QD.

CERTUS MODUS DETERMINA CAVITATEM

PER TERRAM

DN. GEORGIO ERNSTO STAHL

CONVIVI ALIUS LATRANS TIBI MUS TIBI VITRINA

PRO LUTEO OEDO QD. TIBI ELEG. DECIMUS

DN. PETRONIO ERICUS DE FROMONTAE QD.

DN. PETRONIO ERICUS DE FROMONTAE QD.

PRO GRADU DOCTORI

ALTE MUSICA HABENDA, INQUISIT, AC PRAESES

PER TERRAM MUSICA MUSICA

IN HISTORIA MATORI

PRO MUSICA MUSICA MUSICA

SALTUARIE HEDERICUS TACORI

PRO MUSICA MUSICA MUSICA

PRO MUSICA MUSICA MUSICA

INCLYTÆ
REIPUBLICÆ MAGDEBURGENSIS
PROCRIBUS EMINENTISSIMIS,
DOMINIS
PRÆSIDI,
CONSULIBUS,
SYNDICO,
CAMERARIIS,
SENATORIBUS,
AC RELIQVIS
ORDINIS SENATORII ADSESSORIBUS,
VIRIS
PERILLUSTRI AC GENEROSSIIMO, MAGNIFI-
CIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSUL-
TISSIMIS, ET PRUDENTISSIMIS
PATRONIS SUIS SUBMISSE
VENERANDIS.

UT ET
FLORENTISSIMAE SOCIETATIS
MERCATORUM,
NAVALI COMMERCIO CELEBERRIMORUM
SIVE
**Der Schiffer Brüder-
schafft**
SENIORIBUS CLARISSIMIS AC RELIQVIS
MEMBRIS PRAESTANTISSIMIS
VIRIS
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS ATQUE
PEREXIMIS
PATRONIS ATQVE FAUTORIBUS
COLENDISSIMIS
PERENNEM FELICITATEM PRECATOR
ET SIMUL
DISSERTATIONEM HANC
INAUGURALEM
IN PERPETUUM GRATAE MENTIS

Tenupq;ov
d. d. d.

AUCTOR.





PROOEMIUM.



Istorias antiquas legentibus, ut
innumera occurunt exempla, ad
bonos mores & virtutem partim
excitandam, partim indignationem
adversus vitia exercendam,
ita non postremo loco inter talia
collocandam censeo, simultatem
illam, quā Cato Scipionem Afri-
canum, vivum mortuumque prosecutus esse, Livio
narratur. Quamvis enim æque luculenta exempla hu-
ijs odii, adversus vivum Scipionem, & quod vulgo a-
junt, in faciem, declarati, non alleget, in memorando
tamen iudicio Lucii Scipionis, post mortem Africani,
notanter designat obliquas illas delationes, a Catone,
adversus mortuum tum jam Africanum prolatas: &
gravibus verbis notat intemperantiam delatoris: quod
etiam vivi Scipionis magnitudinem allatrate solitus fu-
erit. Nempè in tota Catonum serie, tanquam hære-
ditaria illa morositas, facile in oculos incurrit, qua, dum
vitiis infectandis incumbere vellent, reēte actorum nul-
lam rationem habentes, nec ipsi propemodum ullam
rem ad rempublicam feliciter perficientes, justiorem

notam maledicæ invidiæ, quam ingenuæ virtutis, meruisse apparent: aut certe hujus gloriam, istius intemperantia, si non perdiderunt, certe maculaverunt. Dum ex adverso Scipio, non arroganter dixisse Hispanis, deprehendetur, cuvis, mores ejus e rebus magnifice & præclare gestis, æstimanti, Regium in se animum esse; & recte a Livio laudatur, quod eo ipso, miraculo fuerit illis populis, quod e tam alto (justo sensu Regii) animi fastigio, nomen & usum Regni aspernaretur: quale quid si in Marios, Syllas, Pompejos, incidisset, nihilo melius illo usuri fuissent, quam impotentes illorum Successores. Unde merito calumniæ affectatae reus est Gellius, qui solus e tot Scriptoribus, calumniam, ab obscuris & nullius nominis scribillatoribus, vix quidem satis bona fide nominatis, ad posteritatem transmittere, de vitiis Africani, non erubuit. Sicut autem talia monumenta rarius quam ex usu foret, ad animos legentium pertingunt, notissimo illo vicio, quod jam pridem Seneca nervose notavit, quod antiquiora monumenta scholæ, non vita, discere, mali mores ferant; ita abunde est in tota vita, exemplorum talium, ubi rete & prudenter facta bonorum & circumspекторum virorum, imprudenter atque impotenter, per maledicam invidiam traducuntur. Quam rem, ut in omni officiorum genere, cordati viri facile perspiciunt & internoscunt, ita in Praxi Medica abunde est exemplorum, ubi imperite atque imprudenter æstimatae, imo mala fide memoratae, bonorum virorum actiones, invidiæ atque calumniæ adhibentur: nempe ab ejusmodi hominibus, qui, cum ipsi bonorum consilio: um, per imperitiam atque imprudentiam, prorsus impotes existant,

istant, aliorum recte factis denigrandis, improbum certe laborem addicunt. Cui rei cum occasionem passim præbeat necessitas, Morosos Ægros peculiaribus methodis atque modis tractandi, aut diffici illimos exitus Artis justæ experiendi, placuit SPECIMINIS INAUGURALIS Thæma capessere hanc ipsam justæ Artis circa MOROSOS ÆGROS difficultatem, & necessariam in ejusmodi casu singularem prædientiam & dexteritatem. Quam rem, dum quanta fieri poterit breuitate, explana-re aggredimur, Divinam Sapientiam Præsidem imploramus, ut tam evidentem veritatem, quam optatam ad Artis usum utilitatem, assequi, nobis clementissime largiatur.

I.

MECHANICAS Artes, ignobiliores, adeoq; etiam *illiberales*, censere, iisq; *liberales*, tanquam nobiliores, anteponere, imo opponere, antiquus jam mos obtinuit, ex eo imprimis, quod Mechanicæ Artes, per subiectorum in quæ exercentur, simpliciorem passionem, minus sapientiæ atq; prudentiæ requirant, quam alteræ illæ, quæ sine peculiari ju-dicio nunquam exerceri possunt. Nempe talibus subiectis adhibendæ, quæ propriam quandam *activitatem*, imo ut vulgo loquuntur, *reactionem*, complexa, judicium proinde Artificis singulare postulant, ut e mediis, tanquam *refractoriae* materiae difficultatibus, prudenter ad suum scopum & optatum effectum, materias tales traducat, & optatis usibus illas accommodet, qualibus per se ipsæ nunquam inservitu-ræ essent.

II.

Vix autem ulla alia liberalis Ars, tanta difficultate, & proinde justa dignitate, hoc intuitu claret, quam *Medica*; utpote adeo *synergon* seu cooperans subiectum, nempe corpus humanum vivum, respiciens, ut, exceptis simplicibus

A 3

Chi-

Chirurgicis operationibus, nihil propemodum, aut sane
valde parum, in hoc subjectum posse, quin conamina sua, sub-
iecti hujus variis, immo in horas variari aptis, potestatibus,
prudentissime accommodare necesse habeat.

III.

Quā in re, sed tamen prudenter intelligenda atque ex-
stimanda, licet subinde ingens inveniat præsidium; adeò, ut
etiam ipsa Ars non raro ne quidem necessaria agnoscere pos-
sit sua *auxilia*, sed in sois *confiliis* acquiescere possit: occur-
runt tamen etiam ejusmodi casus sœpe numero, ubi actiones
illarum, seu *potesates activæ*, prorsus in transversum actæ, exqui-
sitam scientiam & prudentiam postulant, quatenus & quo-
modo, non simpliciter cohiberi atque opprimi, sed *cōcriter*
tantum, intra legitimos limites retineri, & in bonam viam
reduci, debeat atque possint. Siquidem sœpe numero, ni-
mio certe sepius, quam vere contrarius eventus, contingit,
ut conatus ille *proprie activitatis, in genere*, nequaquam ma-
lus sit, aut utilitate insigni careat; sed *quantitas* solum, aut
tempore justo, aut *loco* commodo, aberret: quibus conditio-
nibus non satis rectè intellectis atque estimatis, si Ars simplia-
citer & uno impetu, obſſere magis, quam *occurrere*, sui offi-
cii ducat, non modo contra prudentiam, & in hoc genere
reclam rationem, impingit, sed etiam effectum perpetrat, a
vero atque justo suo scopo prorsus in diuersum aberrantem.
Cuius rei ut unum solum, idque simplicitate sua evidentius,
exemplum allegemus, fluxus *Lochiorum* intemperantior, quas
non subinde anomalias objicit Artifici; primo in dignofcen-
do, quoisque revera *urgentis* symptomatis estimationem
mereatur, cui proinde *resistere*, vera *necessitas* flaget? se-
condo in operando, ne remedii *adstringentibus*, importu-
niori malo *preferentibus* destinandis, ingens illud pericu-
lum, repente & penitus *supprimendi* hujus fluxus, certius
introducatur &c.

IV.

Hæc cum ita omnino se habeant, nemo æquus arbiter
non

non intelligit, quanto plus prudentie opus sit, ad recte intel-
ligendos, & perite administrandos atque regendos, quin vel-
ut in manu ducendos, *atque hos spontaneos*, in corpore vivo,
quatenus tali, fieri solitos. Ut videlicet illi non solum, (qui
fundus esset variorum pessimorum eventuum,) non negli-
gantur; sed etiam, optime cogniti, praeferunt si minus ordi-
nate & tranquille procedant, modeste atque dextre in viam
reducantur: imo quod plus est, quam diu satis ordinatè pro-
cedunt, non temere, *intempestiva* & perversa arte, obtur-
bentur.

V.

Quid, quod etiam ipsarum *materiarum* prudentissima
estimatione passim opus est; quando illæ ad motus expur-
gatorios recte mature & bene dispositæ sint. Quo in gene-
re doctrina de *secessione humorum*, veteribus, inde ab ipso
Hippocrate, sub nomine *coctionum*, tam gnavoriter commenda-
ta, tam scientiam plenam, quam prudentiam peritam, Artifi-
cis, non excitare magis, quam exercere, potest. Ne videli-
cet etiam in hoc genere, a quibuslibet aliis, quin potius alio-
nis, circumstantiis, se induci patientur, ad aliquid *immature*
moliendum, & contra vera prima principia *mechanica*, ma-
teria nondum recte *mobili*, motum adhibendum. Quan-
doquidem ab hoc errore, non solum nihil ad spem justam de-
center obtinetur & perficitur; sed etiam, quod maximam
attentionem ad se vocat, certo certius meliores adhuc &
tranquilliores processus, *spontaneorum* illorum naturæ mo-
tuum & conatum, quin ipsam promptitudinem & *alacri-
tatem* ad illos recte continuandos, facile graviter obturbat.

VI.

Ex his considerationibus cum satis evidenter diluce-
scat, quam artis limitibus, *synergia* illa subjecti hujus, cor-
poris in quam animalis *vivi*, medicam Artem circumscribat
nemo sapiens insignem difficultatem inveniet, ad com-
prehendendum, unde anceps subinde eventus, efficacie Ar-
tis impendeat. Quando nempe vel ipsa *copia* materiae, Mer-
cha-

chanicæ dispositioni viarum, ad satis *tempestivos* motus, præ-cellit; vel nimia *tenuitas*, cum magna *adlevitate* conspirans, *secretorias* semotiones sive sequestrations, eludit: vel firmitor aut penitior ejus *nexus* cum bonis humoribus, satis *tempestivam secessionem*, adeoque justam dispositionem ad sequestratum iri, justo diutius moratur, & prius *corruptionem* illis inducit, quam ab ipsis avelli possit: aut denique *motus* illi *spontanei synergici, trepidè, tergiversanter, confusè, præpostere, intempestivè, exercentur*: cui postremæ *imprimitis* rei, tam *cognitæ* quam *adsefactæ* variationes, actionum illarum spontanearum motoriarum, aut accidentales interpellationes, ex irregulari usu & concursu rerum *non-naturali* *um, multiplex & profundum fundamentum substernunt.*

VII.

Tanta certe est, a tot & tanti ponderis, circumstantiis, difficultas, quæ Artes Medicæ circumcisit; & proinde magnam & multiplicem, tam scientiam, quam prudentiam requirit; non solum ad operum artificiosam ferendam, & recte atque ordinate administrandam: sed etiamad *Prognosin* scite & peritè formandam, sicuti periculose illæ aberrationes materialium, & spontaneorum illorum *motuum*, eo prolapse fuerint, ut in solius Artis concursu, sufficiens præsidium sperare, minus integrum existat. Unde certe *Prognosis* Medica tale est studium, quod summo jure diligentius excoli mereretur; quandoquidem ex hujus veracibus effectis, Artis certitudini non minor splendor atque gloria affulget, quam a felicibus, ubi locum inveniunt, sanationibus artificiosis.

VIII.

Quamvis autem allegatae haec circumscriptiones Artis, affatim difficultatum indicent & involvant; nondum tamen hic subsistit universum illarum agmen, quin adhuc superficit decumanus quidam fluctus, qui sepe numero etiam vigilem, & de reliquo satis peritum gubernatorem, valde fatigaret, in obel plane a clavo excutere possit. Est hic non tam *in corpore*

re immediate, aut *actionibus* illis spontaneis *synergicis*, direc-
te, fundata, resistentia; quam a *voluntate* ægrorum refracta-
ria, partim in *motus corporis*, partim in *confilia* & *auxilia* Ar-
tis, redundans turbatio. *MOROSITATEM* appellant La-
tini; non a græco vocabulo, *stultisiam*, aut *stupiditatem* de-
signante: sed a latina voce, *moris*, sumta derivatione: ita ut
Morosus, *immorigerum*, *refractarium*, *obstinatum*, certiore
senfu innuat: quod Germani apposite, voculâ *Eigensinn*,
Eigensinnigkeit, designant. Nempe talis animi habitus,
qui suis magis propositis insistere, quam melioribus consiliis,
animum submittere, ægrum inducit: unde *confilia* & *auxil-
lia*, vel in totum aspernatur, vel eousque remoratur, donec
tandem sero defectum suum agnoscendo, minus jam gratum,
aut minus plenum, aut plane etiam nullum amplius, auxili-
um, ab Arte experiri aut expectare sit integrum.

IX.

Jam, cum hujusmodi *obstinatio* animi, vix in simplicioris
conditionis homines cadat; opimioris autem hominibus
admodum familiaris existat: quin etiam magnæ parti *mulie-
bris* sexus usitata, *teneriori* autem ætati etiam quasi propria
sit: non potest hinc aliter fieri, quin difficultates ab hac pul-
lantes, Medicam praxin profidentibus sepe numero nego-
tium faceant. Tanto magis, cum fere opimioris condi-
tionis homines, & primò omnium, & magis follicite, Medi-
cum querant, quam tenuioris fortunæ turma; & insuper,
tanquam honoris causa, *obsequia* potius, quam *officia*, a Me-
dico expectent: imprimit si hic modestiam potius, quam ar-
rogantium, in conversatione sua prodit: aut ad minimum
nondum qualicunque dexteritatis sue existimatione, aucho-
ritatem quandam tueri valet, vel denique remonstrationibus
non nimium speculativis, *necessitatem* obsequii ægris talibus
persuadere, impos existit.

X.

Ut autem ad rem ipsam accedamus, & in quonam *Mores*
sitas ægrorum fundetur, proprius collustremus, atque incom-
mo-

modos ejus effectus ostendamus; de *Subjectis* ipsis verbum modo diximus, & possumus hanc rem velut una delineatione complecti, dicendo, quod imprimis illi ægri *morosi* esse soleant, qui vel *physicam*, sensuum, vel *moralem*, existimationis, aut opinionis de se ipsis, ataxiam fovent. Ubi ad priorem Classem spectat, saporum & odorum, tum etiam qualium cumque dolorum, quin ipsius longioris durationis ægritudinum, impatiens: posterior autem, per se satis claret, quando varii homines, præcipue tamen plebeji, plus sibi, quam necesse esset, tribuentes, officio Medici hoc adscribunt, ut non solum quam *commodissime*, sed vel *omnino jucundè*, simul tamen *citissimè*, morbos ipsorum exturberet, & illos integræ sanitati restituat: eosque, ut etiam sibi persuadeant, esse hoc ipsum proprium potius Artis officium, quam præcipuum artificium; unde ne quidem aliquid artis dignitat, aut Artificis dexteritati, vel in hoc, vel in universo *sanationis* negotio, tribuunt, si omnia non solum recte atque prospere, sed etiam satis commode, gesta fuerint; sed unice, si quid in his rebus difficilius procedere contingat, Artificis defectibus illud adscribunt, & libere succent. Si quod interim *consilium* aut *remedium* ab alio, artem medicam non professo, ipsis suadeatur, non modo creduli, & ad stuporem morigeri, sed etiam, si qualiscunque, imo manifesto æquivoco, effectus inde appareat, circa laudem talium rerum adeo intemperantes, ut vel miraculorum dignitatem ejusmodi affaniis afferere nihil dubitent.

XI.

Objectum circa quod *Morositas* ægrorum occupatur, constituit vel ipsa ægritudo, vel *medicatio* & *remedia*. *Mores* inquam in genere, quod non ægri, sed *sani* esse vellent; deinde genius morbi, tam incommodis *sensationibus*, quam ipsa *duracione*, molestus: nedum periculi, sive vero metu, siue solicitudine terribiliore, minax. *Medicatio*, partim *methodum* & *regimina* involvit, partim *medicamentorum crasis* atque *formulas*; dum qualicunque necessitatⁱ *temperantia* atque

❀ (11) ❀

que continentie, animum submittere, grave videtur: aut *sapor, odor, moles*, quin sepe numero sola *consilientia*, formulæ remediorum, non tantum displicet, sed sepe numero in solidum fastidit & respuitur. Unde his *dulcia*, illis *acida*, plurimis *amaræ*, aliquibus quolibet modo *odorata*, multis *pulverulenta*, quibusdam *pitularis* forma, fastidium afferit, atque displicet; aliquibus *minores doses fortioris effectus*, aut *chymice præparationis* opinione, suspecta sunt; pluribus diffusiores formulæ, largioribus haustibus, aut amplioribus deglutionibus, molestiam facessunt: multis displicet *continuatio* iusta unius remedii: aliis, quamvis aliquando non sine causa, *innovationes & multiplicationes* remediorum, suspicionem movent: iterum alii *inquieti* sunt, nisi *sepe & multum* offerendo, diligentiam suam atque vigilantiam ostendere videatur Medicus: & quæ alia adducere possemus.

XII.

Sunt haec tenus dictæ, velut *internæ magis causæ Morositatis ægrorum; externe concurrunt*, primo, intuitu Medicis, si parum fiducia in illo collocat æger; sive nulla probabili, sive qualicunque veriore, causa: ubi utique mores & vivendi rationes, aliquando culpam habent, intuitu *sobrietatis, justæ vigilantis, & debite diligenter*, in explorando ægri statu. Quamvis ex adverso non paucos ægros etiam illud *moroſos reddat*, aut conservet, si Medicus inutili, & reliquias suis aliorumque ægrorum rebus noxia, astiduitate, ipsis non preſto sit, unde negligentiam ipsi adſcribunt, et *acte deß Patienten nicht, vorge nicht genug vor ihn ic*. Et percellit subinde in hoc genere ægrorum talium animalium, si non quoties ipſos visitat Medicus, *pulsum exploret, urinam inficiat, querimonius illorum indoleat &c.*

XIII.

Porrò, alibi provocat, alibi fovet, *Morositatem* illam, aliorum consultorum, aliquando vanitas, non raro etiam malitia; qui, quicquid preſens Medicus suadet aut preſcribit, fugillant, commodiora, imo meliora, pollicentur, aut exem-

plis in præjudicium præsentium rerum allegandis facundi sunt. Ubi notissima est sterilium aliquorum medicastorum imprudentia & impudentia, qui, quando semel forte morbum aliquem, tota æquivoca sua curatione, prosecuti sunt, in plebeiiis, exquisitè patientibus, parum aut nihil querulis, abstinentibus, & robore corporis atque indolis pollentibus, ægris, exemplum tale instar omnium, occidunt, & ex illo totam historiam Medicam fabricari parati sunt: adeoque ignari prorsus, ut Galli vocant, majoris mundi, vix animo concipiunt, vel aliter se habere posse *marbum*, vel aliter gerere *ægros*, quam in suo exemplo observalsi, & per otium quod ipsi favet, in subsidium stupidæ memorie, scripto annotasse, invenerunt. Quæ impotentia, licet nota fatis atque popularis sit, minime tamen raro occasionem præbet foventæ ægrorum variorum *Morofstati*. Neque vero silentio prætereunda venit ipsorum ægrorum imprudentia, qui subinde eundem morbum, jam sennel, imo iterum, quin sepius experti; & temporaris, aut palliativis artificiis, ab illo tantisper revocati, si quis Medicus, verum fundamentum morbi, & solidæ percutationis, cordi habens, illos altiore medicatione aggrediatur, hujus impatientes, pristini artifici, non magis velocitatem, quam felicitatem, huic exprobrant.

XIV.

Fas est, inter externas & occasioales causas *Morofstatis* ægrorum, connumerare, quamvis, sano sensu, ad modo dictam pertinentem, *Corruptionem* mörborum; quando nempe illi, minus convenientibus medicationibus in transversum acti, a reliqua sua sinceriore indole plurimum deflectunt, & non solum longe *consumaciores* evadunt, sed etiam alia *se-de*, in alia *regione* corporis, occupata, vel Medicis harum rerum non satis peritis, hedum ægris, crucem figunt, & *consumaciam* sua ignaris, tanto majorem *impatientiam* objiciunt: ut propterea, Medici & remediorum pertæsi, morosos se exhibeant. Quotusquisque enim æger, ne dicam Medicus, *Metaschematismi* morborum veritatem, & tanto minus causas

fas & connexionem , assequi , satis patientem se se p̄ebet .
 Dum interim his considerationibus neglectis , *complicati* atque *implicati* hujusmodi affectus , longe aliam tractandi methodum postulantes , quam simpliciorem & magis directum ortum agnoscentes , saepe numero longe *altius peritam* mendendi methodum postulant . Q uam non intelligentes ægi , imo ipsi ejusmodi triviales Panurgi Practici , non solum theoretice disputant , quid vero hoc vel illud remedii genus , ad rem præsentem facere possit ? sed etiam illi , practicè , eo ipso difficiliores se se p̄ebent , ad obsequium præstandum . Unde in hodierna ignorantia veræ indolis atque profundæ scaturiginis , præsertim *Chronicorum* morborum , vel per tri via audiuntur inconditæ illa questio[n]es , was kan oder soll das Ader oder Blutlassen hierzu thun ? imo , quod stolidi , præter expectationem , homines præter omnem rationem eloqui solent : mit Aderlassen wird diese oder jene Krankheit nicht gehoben . Dam interim ex ejusmodi ignorantia necessariae subordinationis acque *conspirationis* salutarium remediorum , ad verum fundamentum solidæ curationis pertinentium , *Morofias* ægrorum , alibi excitatur , alibi confirmatur : atque interim , quando per hanc culpat , legitima fundamentalis medicatio , optatum suum finem assequi impeditur , ipsi illi , qui perversis suis interpellationibus , idamni hujus culpat meruerunt subire , e reis accusatores facti , invidas & infidas illas suas interlocutiones , ex eo ipso malitiose sustentant , daß schemanya , daß dengleichen Beginnen nichts zur Sache habe thun können ic .

XV.

Nempe effectus & eventus hujusmodi *moroſias* ægrorum , iterum ad antedictas tribus redeunt , ut ante omnia ægris ipsis , deinde *Medicis* quantumcumque rationalibus & peritis , cum arte sua , & quantumlibet bonis remediis , damnum afferant : insectæ vero aut malitiæ improborum consultorum , prætextum nequam præsagiorum præbeant , das hätten

sie wohl zuvor gesehen und gesagt, daß der Sache durch den gleichen Mittel nicht abzuheben seyn würde.

XVI.

Nempe, porro, effectus morositatis ærorum, latum utique campum aperit calumnia invidorum & insidiosorum; quando insolidum imprudentes, & manifesto inadvertentes, manifestarum ejusmodi gravissimarum difficultatum, & operosisimiarum præcautionum, prudentium & rerum suarum diligentissime satagentium Medicorum, scitissimas & vigilantisimas præcautiones, in calumnia materiam rapiunt; & quæ, pro substratæ materiæ necessitate, ut vulgo loquuntur, provisionaliter, & in omnem evenum, præscripta fuere, tanquam actu usurpata aut usurpanda, exaggerant & traducunt: ne quidem dissimulantes, aut ad minimum stupidè ignorantes, quod in ejusmodi casibus, omnibus opportunitatibus invigilare, & proinde in anteceßum, farragine aliqua instructum esse, consultum sit, sicubi forte, e pluribus prebiis, uni aut alteri justus aditus concedatur. Sicut etiam naturali simplicitati consonam illam rationem, iisdem malignis suis interpretationibus non accommodant; nempe, dum, qui non potest quæ vult, velle debet quæ potest; malitiose interpretando, quod dum ejusmodi medicatione nequaquam assequi licuerit omnia, quæ Medicus cordatus quam maxime voluisse; etiam omnino nihil assequi integrum fuerit, etiam illorum, quæ sâtem poterant, dum non potuerant omnia, quæ debuerant &c.

XVII.

Interim subest adhuc effectus omnino etiam laudabilis, & multis modis utilis, hujusmodi morositati & pejoribus modo citatis ejusdem communioribus effectibus: modo Medicus cordatus, rerum suarum recte gnarus atque gnarus, virtutem, quod ad virtutes pertinet, in habitum prædicum deduxerit, patientiam. Ita enim certe res est, quæ quemlibet vere cordatum virum justissima ævraritia consolari possit, si consiliorum suorum juste tenax, neglectus illorum dete-

Deteriores eventus prædicere non oblitus, cum tempore
 eventus tales experiri cœperit. Feliciter, si salutaris effe-
 stus, prædictiones ejus tandem confirmaverit. Non infe-
 liciter, si neglegtorum consiliorum tristiora præsagia, effe-
 stum suum fortita, ad illas, licet tunc temporis miserabiles,
 recordationes atque confessiones ægrum adegerint, dieses hat
 mit jener ehlyche Mann lange vorher gesagt/ hätte ich ihm nur
 gesolget, ich wäre in diesen Zustand nicht gerathen, re. sed certe
 opus hic est patientia, juxta tritum illud Germanorum, gut
 Ding will weile haben: & prosector non solum decem, sed
 vel bis decem anni patientia, non male collocatae censendæ
 sunt, si non ad Artificis, tamen ad artis veritatem, aliquando
 etiam ad posteritatem confirmandam atque stabiliendam.
 Unde recte Germani nostri: es ist nichts so böse, es ist zu etwas
 gut.

XVIII.

Ut *Medico*, nempe toti *practicō*, scopo, Thema no-
 strum accommodemus, progredimur ad illam Tituli nostri
 partem, qua *morosos ægros*, *prudentiam* *Medici* non solum
fatigare, sed etiam *flagitare*, monuimus. De *fatigatione*
 nihil attinet prolixiores esse; intelligunt enim omnes, non
 penitus ad plebejam *focordiam* atque *negligentiam* nati &
 formati animi, quam molestum sit honestæ indoli, queri-
 monias, bonorum de reliquo, atque honestissimorum ægro-
 rum, sed *Morostate* aliqua impeditorum, audire; dum *finem*
 quidem, salutarem medicationem, vellent, *media* vero ad il-
 lum *finem* ducentia, velle, neque compelli, neque persuaderi
 possunt. Ubi longe certe absunt miseri illi per sonnia
Practicī, qui totos Catalogos, inanum ut plurimum & inertiu-
 um remediorum, per digitos enumerare parati, cum omni
 illa sua stentoria farragine, tanto minus aditum invenire pos-
 sent, quanto plus præsidiorum suorum, cum supercilie fasti-
 dientibus, enarrare susciperent. Unde raro propemodum
morosos invenit, D.D. Præsidis proverbium: Wenig, nur das
 rechte. Certe enim, si reliquus hujusmodi miserabilium non
 pragmaticorum *Practicorum* stupor abefset, utilissime illis

com-

commendari posset illud Comici: *tu si hic es, aliter sen-*
res.

Interim, est utique tanti, nempe magnum operæ pre-
tium, ut *fatigatus quantumlibet ejusmodi morositate ægро-*
rum, non defatigetur; sed memor justè tenacis consili, &
constantiae, nihil a proposito bene fundato sese dimoveri pa-
tietur: habebit inde tam scientiæ quam conscientiæ solati-
um; & propitiis satis, etiam subinde testimonium, salutaris
prædagii, dummodo expectare patienter illud malit, quam
anticipando exigere. Ante omnia vero adversus calumni-
am malevolorum atque malignorum, opponere, sed certe
practicò habitu, discat, illam divinarum vindiciarum *invocati-*
onem; zu seiner Zeit &c. Deut. 32. v. 35.

XX.

Innuimus autem etiam, neque vero sine causa, quod
Morositas talis ægrorum, etiam consilium prudens Medici
flagitet. Ubi nempe *prudentia* omnino locum habet, ne
ægri morositas, etiam Medicum in eundem affectum deduc-
at. Quamvis enim, occupato imprimis, & multa cura co-
piosioris praxeos distracto, Medico, non *injuria bilem mo-*
vere possit, imprimis ejusmodi subinde hominum, Morositas,
*qui per reliquam vitæ sue conditionem, à delicatis ejus-*modi** scrupulis teneriorum capitum, merito abstinere de-
berent; quamdiu tamen spes est, amica potius ratione, sive
persuadendo, sive gratificando, difficultatibus illis consulendi,
non modo ad gratificandum non *moroſum* se præbebit
prudens Medicus: verum etiam, ubi gratificatio locum
non invenit, primo loco ferias remonstrations necessitatibus
in usum trahet, postremo vero loco, severas & minaces de-
nunciationes reservabit.

XXI.

Quamvis enim satis manifestum esse possit, quod non
solum patientiam Medici quantilibet, gravissime tentare
possint, partim sine omni manifesta causa delicate tales ob-
stinaciones trivialium ægrorum; partim temporis jactura,
fri-

frivolis ejusmodi causationibus expugnandis impendendi, & utilioribus, neque minus necessariis apud alios ægros, occupationibus detrahendi: quin etiam illud impatientem reddere possit Medicum quod sine effectu optato ejusmodi ægris assitens, triviali illi calumnia certissime se exponat, quod in ipso ad talem morbum nihil fuerit præsidii: adeo, ut si integrum sit honesta excusatione, mature ab ejusmodi consultationibus penitus sese liberare, nemo vir bonus, atque prudens talium rerum, honesto Medico illud vitio vertere possit. Tamen, cum etiam Medicus conscientia suæ rationem habere debeat, ita simpliciter deferere ægrum, in defectu alterius, aut morali certitudine deterioris, consilii querendi, prudentem utique sese gerere etiam obstrictus est Medicus, ne morositas ægri, quamdiu usquam spes est salutaris usus, patientiam suam expugnet. Interim nemo etiam vere & honeste prudens, vitio vertere poterit Medico, si illa prudenter utatur, ut graves ejusmodi remoras, felicitati consiliorum suorum obnubentes, non eodem religioso silentio involvat, quo alias corporis ægrorum defectus reticere, honestas suadet, imo exigit; idque maxime propterea, ut calumnia usitatæ occasionem præcipiat, & tam fonticam causam minus felicis efficaciam artis sue, æquioribus arbitris cognitam reddat.

X XII.

Ut enim solùm aliqua hujusmodi casuum exempla proferamus, *infantes* quidem præsertim ~~exceptu~~ omnis indulgentiae emolitos, ab omni remedio pharmacevico, quod non solùm *gustum* aut *olfactum*, sed plenè tactum nudum lingue, (*absolute insipidorum pulverum exemplo*) tangat, ita obstinate se subtrahere, ut via nulla suppetat ipsos fallendi; violentius autem ingerendo, præsertim jam *trimos* aut *quattuor* *mos*, eo indignationis prolabi, ut vel gravioris reliquo morbo mali superventuri periculum metuendum sit, non est ad eo mirum, nec proinde etiam æque rarum aut insolitum. At verò *adultos*, de cetero discreta prudentia fatis conspiciens,

C

cuos,

cuos, & in esculentis atque potulentis, quorumlibet saporum & odorum amatores, adversus quemlibet saporem, odorem, imo ullum sensum remediorum pharmaceuticorum, simpliciter propterea, quia medicamenta sunt, ita obstinatissime abhorre posse, ut etiam in firmâ persuasione periculi mortis instantis, talium usus ipsis nunquam persuaderi possit; quis crederet? Interim si ejusmodi exempla sistant ægri, per conditiones rerum humanarum plurimum considerationis properentes, insensatorum quidem hominum prompta est calumnia, defectum obtinendarum felicium curationum, Medicis imperitie imputans: dum interim hic, inter exquisitissimum & anxium desiderium, ægro suo quolibet modo confundendi, tantum vigilantiae, sollicitudinis, prudentiae, exercet, quantum pessimis ejusmodi censoribus, ne in mentem quidem, nedum unquam in intellectum, venire potest. Longe ibi absunt, nonsolum occultationes quorumcunque remediorum, etiam nullo sapore perceptibilium, sed conscientia tantum pulverulenta, quantumcunque etiam tenera, vel visu, distinguendorum, vel linguae tadiu, & qualicunque asperitate se prodentum: dum communiter sic affecti ægri, singulariter plane vigilantiam ad sentiendum, & energiam sensus, ostendunt. Tanto magis autem a scopo aberranti inanes illæ gratiæ, quæ ab odoribus aromaticis, aut Moschatis atque Ambratis, sperantur: dum non tam saporis aut odoris, sed medicamenti, quatenus medicamentum audit, fastidium, hic fundamentum constituit. Unde contrarium communiter conceptæ spei hinc resultat, ut potius hoc ipso æger certus reddatur, adesse medicamentum. Enim verò rarior quidem, propitiis fati, est hujusmodi querela atque obstinationis interim ubi utique occurrit, tanto magis exercet prudentiam Medicis, quanto plus momenti in ejusmodi ægris positum agnoscitur, & ab omnibus assidentibus atque attinentibus, non solum morbo ipsi, quod propriæ artis mediceæ est, remedium, sed etiam quod medicæ artis ambitum passim transcendit, reliquum artificium exigitur, quo morosam hanc

hanc ægri renitentiam, vel ipsam quoque ad sanam rationem
reducat, vel utique ita fallat, ut & ægri *moroſitati* nihil dece-
dat, & tamen interim necessitatē debitā medicationis, ex af-
feſatiſtati; idque à Medico efflagitatur, imo vel tali ratione
exigitur, ut vel imperitie reus fiat, si profiteatur, se incondi-
tis hujusmodi postulatis ſatisfaciendi minus compotem e-
xifere.

XXIII.

Quantum autem ſollicitudinis atque tædii justissimi,
difficultas hujus ordinis objicere poſſit Medico, comparere
poterit eſpecialiori exemplo. „Foemina natalium ſplen-
dore prælustris, in ſucceſſum abortiendi devoluta erat, tam-
certum, quam continuum; ſiquidem quater omnino dein-
ceps, qualibet vice duodecima ſeptimana, conceptum ite-
rum elidebat. Averſabatur autem formam pulverulentam
constantissime, abſolutissime vero pilularem. Praescribe-
bantur, non ſolum a Medico ordinario, ſed etiam in societa-
tem accito ſubſidiario, quaenque ad hujusmodi caſus
quantilibet laudibus eſſerri ſolent, ſub liquidis formulis,
ſed omnia incaſsum. Supererat remedium certa, plus
quam ullum aliud, efficacie, numeroſa conſtantia experi-
entia jam tum quoque ſatis celebre. Sed quod in pilulari,
forma respueretur, in diſſoluta vero formula, amarities qui-
dem non æſtimaretur, qualisunque vero pulverulentæ
conſistentiæ ſenſus, non poſſet auferri, non poteſterat reme-
diū locum optatum invenire. Erat autem in ſuper conſi-
deratu dignum, quod dicta Matrona, reliquis moribus o-
ptimis & manuetiſſimis conſpicua, alias jam aliquoties con-
ſenſiſſet, ad capiendum pulverulentæ conſistentiæ experi-
mentum; ſed deglutitum licet, quin vel per horæ quadrā-
tem retentum, in ſuper vix X. grana tranſcendentem pul-
villum abſorbentem, nihilominus adhuc ſuperveniente vo-
mitu rejiciendo, fidem feciſſet, quod altior, quam ſimplici-
ter *moroſa*, averſio, remediiſ pulv̄erulentum quidquam fa-
cientibus, adjutum in ſolidum præcluderet. Bono interim,
fato

„fato accidebat, ut Medicus ordinarius, decima jam septi-
 „mana, cuius pedissequa alterna, nempe duodecima, quar-
 „tus ille abortus iterum timebatur, consiperet Matronam,
 „e satis capaci capsula, quam scutulam vulgo vocant, capi-
 „entem, satis cumulatam laticoris cultri cuspidem plenam,
 „albi pulveris; & quidem ita siccâ forma, licet cum aliqua
 „gestu fastidii, deglutientem. Pro liberali libertate in-
 „terroganti, num saccharum forte esset ille pulvis, subri-
 „dendo respondebat, non saccharum, sed domesticum me-
 „dicamentum existere, à foemina Matronæ familie accensa,
 „intritum, è creta, oculis cancri, Nuce moschata, & modi-
 „co saccharo formatum: idque ad retundendam Sodam seu
 „ventriculi ardorem, uti necessarium sibi visum, ita effectu
 „approbatum. Exorabat sibi Medicus eandem facilitatem,
 „si in posterum pulverulenta formula majori necessitati oc-
 „currere, opus foret; quæ non solum promittebatur, sed
 „etiam redeunte statu tempore abortu, fideliter præstite, il-
 „lum exoptatissimum effectum præbebat, ut antedicto medi-
 „camento in liquidam formam reducto, insuperabilibus hu-
 „cusque difficultatibus uteri ita feliciter fatisficeret, ut sta-
 „tim altero mense iterum facto conceptu, imprægnationis
 „atque graviditatis universus successus tranquillissime pro-
 „grediens, partum legitimum attingeret, filiæ Celsam illam
 „familiam hodie dum, qui circiter vigesimus tertius est an-
 „nus, condecorantis.“ Quæ interim *Morofitas*, si statim pri-
 „mi abortus tempore, suadendo, præmonstrando, imo rogan-
 „do, fleti potuisset, morali certitudine præoccupatus fuisset
 totus ille successus, ter recurrentis paris infelicius eventus,
 & de numero in numerum gravius & periculosius Matro-
 nam enervantium symptomatum.

XXIV.

Ita quoque tetigit historiam hoc faciente, D. D. Præ-
 ses, *Dissertatione de Flatulenria*, quam brevibus huc refer-
 re erit integrum. Vir jam ab octodecim annis Hæmorrhoi-
 dum quasi perpetuo fluxu exercitus, & innumeris prope-
 mo-

modum variorum Pharmacorum irritis tentaminibus, tam
in varias valetudinis ataxias, quam, uti solet, summa sensibili-
tatem conjectus, cum aliquando in spontaneum vomitum incidisset, (ceterum vomitus, sponte vel arte coorti, ne-
quidem inde à juventute sua reminiscens,) invalecente,
præter modum hoc conatu, & vix tandem sedato, ab illo,
ipso temporis articulo affectum incurrit, summa non so-
lum molestia odiosum; sed etiam, cum indies augescentes,
appetitus, concoctionis atque distributionis alimentorum,
summa perturbatione, quin veluti abolitione, summas an-
xietates, perpetuas vertigines, scotomas, aurium tinnitus,
atque clangores, ad quotidianum usque metum apoplecti-
cæ Catastrophes, inducentem. Medicus circumstantias,
morbi & investigare, & examinare atque pensare adfuetus,
non solum facile deprehendebat, quod omnium horum
symptomatum graviorum præcipius fons, certissimus au-
tem fomes, in ægro existat, perpetua Flatulentia, ex inferiorib-
ibus intestinis ad ventriculum regurgitans, & dum hunc,
obsideret, symptomata illa manifestissime exacerbans, quo-
ties autem ruetibus erumperet, sensibiliter sublevans: ab-
unde vero etiam gnarus, quod non solum in genere, tam
in soliminiibus longinquioribus, quam propioribus motibus,
haemorrhoidalibus obnoxii, tanquam per essentiam hujus,
affectus, flatulentia admodum expositi vivant; sed & hic,
sager, dudum ante posteriorem hanc turbationem, flatibus,
sed tunc quidem plus minus commode atque facile dece-
denter, familiariter affici svevisset: facta curiosiore inter-
rogatione, certus reddebatur, quod ab ipsis horis enormis,
illius & refractarii numerosissimi tonatus vomendi, nempe,
profundo motu peristaltico ab inferioribus ad superiora,
infelix, ne unus amplius flatus deorsum ægro decedat, sed,
omnes jam, & plures quidem, per recentem atoniam, quam,
ante hac, flatus, constanter & indesinenter ad ventriculum,
redundarent, hunc obsiderent atque tenderent, & spasticos,
morsus atque Cardialgias induendo, tam anxiatas angustias,

quam vertiginosos illos consensus circa caput, formarent,,
atque foverent. Desumebat inde indicationem, successum,,
flatuum ad inferiora revocandi; destinabat huic fini usum
Clysterum. Sed confundebat saluberrimum consilium,,
Morofitas ægri, eo usque inexpugnabilis, ut non solum quod,,
vulgo in ore habent, vel mori, mavelle protestaretur; sed etiæ,,
actu, cum molestissimis his, imo magis magisque ingravel-,,
centibus, symptomatibus, ultra duos menses conflictatus,,
& vel suo ipsius præfigio, apoplectici eventus metui proprii,,
us admoveri apparens, ab hac obstinatione ad auscultandum,,
illi consilio, nullatenus revocari valeret: quantumlibet ra-,,
tionibus Medici, Vir etiam de reliquo nec indoctus, neque,,
(præter generalem obstinationis tenacitatem) imprudens,,
tam intellectu, quam ipso sensu, suffragante, in solidum sub-,,
scriberet atque consentiret. Erat certe hæc *Morofitas*, non,,
ipsi solum ægro damnoſa, sed Medico etiam ita mole-,,
sta, ut, quod prompti hujus atque præsentanei remedii ope,,
intra brevissimum tempus, morali certitudine præstari po-,,
tuerit, nullis decantatis *Carminativis*, *Tonicis*, *Roboran-*
tibus, & *Subadstringentibus*, imo ne ipsa quidem laxatione,,
cum epicrasi, e vulgo deprædicatis speciebus, eosque fo-,,
lum perfici valeret, ut vel ad ullum sensum, proventus fla-,,
tuui imminueretur, vel motus eorundem a superioribus,
versus inferiora, ullius unius flatus justo tali progressu, ob-,,
sequeretur: donec tandem, ne quidem adhuc illo tempore,,
talem fiduciam promereri visæ, *Pill*, *Balsamicæ*, spem qua-,,
lemeunque ita anteverterent, ut pauciorum dierum de-,,
cursu, quam sub aliorum decantatorum remediorum ir-,,
ritis tentaminibus septimanæ effluxerant, reducto ad,,
inferiora flatuum motu atque exitu, omnia illa incommo-,,
da & symptoma, ita extingverent, ut veritas tam Patholo-,,
gia a Medico formata, quam Therapiæ superstruendæ fo-,,
lida ratio, velut in ipsis sensus incurreret. „

XXV.

Quemadmodum autem in numerosiore praxi versan-
tibus

cibus, similiū exemplorum farrago nunquam decet; præcipue tamen si praxis illorum circa ejusmodi ægros occupata est, qui a laudabili in hoc genere, plebeiorum simplicitate ac obedientia, al ieniores esse adseverunt, & quam sibi sumunt, a Medico etiam tribuendam esse indulgentiam, interpretantur: ita sciunt tamen etiam iidem tales Præfici, quantum indies, tam patientiam quam prudentiam Artificis, *fatigare* possit hujusmodi *Moresas*. A qua nempe, ipso usu confirmata, scientia atque prudentia, longe adhuc absunt, speculativi illi, qui mente solum praxim communiscuntur, & vel qualibet formula, vel quolibet remediorum apparatu, & promptissime, & certissime, quicquid ex usu sit, abunde prestari & absolvī posse, sibi singunt: in eo interim peritores atque cautiōres alios utique antevertentes, quod, si deinde in re gerenda, omnes illæ non solum spes, sed etiam frivole pollicitationes, ad nihilum redigantur, imprudentiam impudentia sublevent: in eo solo felices futuri, si ita discrete valerent, in posterum, ad minimum magis magisque, cautiōs mercari.

XXVI.

Interim potest utique, imo debet, prudenter suarum rerum satagentes Præficos, etiam eventuum talium familia-
ris occurrus, excitare, ut prudente dexteritate, difficultati hujusmodi, non succurrere solum, sed etiam occurtere cor-
di habentes, in hunc ipsum usum mentem acuant, & inven-
tionibus idoneis operam navent, quibus supplicare possint
defectus ustatarum formularum, a quibus ægros suos abhor-
rere, vel intelligunt, vel e familiari hujus difficultatis oc-
cursu, expectare necesse habent. Ubi quidem in familiis,
quarum curam gerere rogantur, pro tenerioris ætatis uifi-
bus, jam pridem consultum duximus, etiam cum cura svade-
re, ut puerilis ætas, ab ipso tempore, quo saporum aversatio-
nes ostendere solet, in mediis adhuc tranquillis rebus, ad-
suefieri jubeatur, tam saporibus amaris, quam formulis pul-
verulentis. Ubi prioris scopo inservire potest ipsum exem-

plum familiarium, ut hi interdum vini *Absynthitis* usu, (que est infantum promptitudo, ad imitandum,) ipsos etiam ad illud indifferenter assūendum adfuefaciant, adeoque hoc ipso, in necessitatibus casu, ad amara usurpanda prædisponant. Sicut etiam *Essentia Myrræ*, prudente usu huic etati vix unquam suspecta haberi promerens, adhuc etiam sanis interdum offerenda, aut *Radicis Pimp. alb.* *Eff.*, aut *Succini*, imo ipsorum *Corticis Aurantior*: eius, & quæcumque his similia sunt, eidem scopo inservire possunt.

XXVII.

Pulverulentaremedia, infantibus ad ea difficilibus inge-renda, quando præsertim *sapore* non pollent, ante omnia ex-quisita, ut vulgus Pharmacopeorum appellat, præparatione, nempe *communione tenuissima*, amittunt partem odiosioris asperioris consistentie; & posunt etiam eo ipso tanto com-modius, cum ali's vehiculis, aut subfidiariis velamentis, conciliari. Ubi ante omnia modicum sacchari, non nisi ab-surde formidari potest, si hujus intercessio efficere possit, ut infanti commendentur. Sicut etiam, præsertim pro nobiliorum aut ditionum usu, artificialis conditurre subsidio, globosis illis feminum saccharatorum formulis admisceri aut inspergi possent: quid, quod, sed tenuissimis, frustulo panis inperis, butyrum super induci potest, aut simile quiddam, quod infantes sub tali forma estare amant: aut spissioribus juculis, ab ovo addito, aut triticœ pane incocto, aut avena exorticata, albentibus, immisceri queunt: aut acetoso suc-co Citri, recente & nihil olido dissoluti, (nempe *Absorben-tes*) vel reliquo potui misceri, vel gratiore aliqua, v. g. Cinnamomi aqua distemperata talis solutio, præberi. Sepo-nendo undique superstitionis illum metum, ne forte pau-xillum *sacchari*, si de reliquo coeptis inservire valeret, da-mnum aliquod portendat. Sicut omnino in pluribus casibus, ne *laetis* quidem, præcipue boni & minus aquei, subsi-diariis auxilium resformidari meretur, &c.

XXVII.

Non parva difficultas premit pleraque *purgantia*, tene-
ræ ætati offerenda; cum paucissima horum, notabili, & plus
minus nauleo sapore destituta, inveniri possint. Quamvis
autem nemo in praxi effectiæ versatus, & rerum suarum
cum omni circumspetione & attenta observatione vere fat-
agens, suspicuum habiturus sit, usum dextrum *Mercurii*
dulcis; dummodo debite præparati, & potius propria manu,
aut in præsentia sua, in formulam deduci: tamen cum,
quam antiquiores commendant, *auraitionis* nomine, ali-
quanto profundioris evacuationis provocatio, non raro uti-
lior sit, simplici velut abstersione: Mercurius dulcis au-
tem, huic magis, quam illi, quadret: restat inde experien-
da jam citata difficultas. *Passula laxantes*, præsertim diu
affervande, vix minus nauleo palato communiter satisfa-
ciunt; sicut etiam *prunorum Decoctum* cum *soltis Sennæ*,
Syrupus Rosarum laxativus, & similia. Unde propemodum
Resina Falappæ, cum paucis *Amygdalæ* in emulſiam formu-
lam disoluta, dummodo optime resoluta, subinde difficulta-
tem hanc melius expedit: imprimis, si Emulſio talis, lenifi-
mo & tepore non excedente calore, in vase patulo ad spis-
ſitudinem ficitati propiore, reducta, totius molis parvita-
te se commendare possit. Sicut etiam grossior rasura, (me-
diante radula, *Reibeisen*) boni *Rhabarbari*, per plusculas ho-
ras cerevisario potui impoſita, post repetitas agitationes fa-
cile subſidens, ad moderatam laxationem non inutilis est: i-
mo & Radix *Ebuli*, commodissima foret huic scopo, niſi ſatis
Vegeta ipsius efficacia efficeret, ut cuilibet, non ſatis provido
atque circumſpecto Artifici, ita promiscue permitti, nedum
commendari, non poſſit. Quod idem etiam valet de Radi-
ce *Iridis nostratis*. *Mechoacanna* vero, nulla corruptione
adhuic alterata, aliquanto minus de reliquo sapida, ipſa quo-
que dextro uſui non inepta eſt.

Supplere autem ſæpe numero difficultorem talium re-
rum uſum poſteſt uſus *Clyſterum*, dummodo talibus etiam

non nimirum refractarios se prebeant infantes; aut paulo minore difficultate pressa applicatio *suppositorii*. Sicut etiam non ita de nihilo est, externa applicatio *Unguenti de Arithanita*; dum etiam simplex inunctio abdominis, oleo Amygd. dulc., aut pinguedine anserina, ad mellendam ad minimum alvum, satis familiariter sufficit: dummodo nihil exanthematici subfit, quod tamen etiam per se largiore expeditionem alvi, non modo non postulat, sed potius dissuadet.

XXX.

Cæterum plus semel locum habuit inventio illa, ut prolixiores pulveres admodum difficulter admittentibus, magis arrite rit formula *Tragematis*, cum modico *Cinnamomi*, *Cariophyllorum*, & uno vel altero semine *aromatico*, *Anisi*, *Fæniculi*, ad qualemcunque saporem *gratiorem* deducti, & ea quantitate facchari optimi, quanta ægro arriderer, distemperati: qualem vel aliquot cuspidum cultri mensura, ita etiam sicciam, capessere non fastidiebant. Sicut etiam v. g. pro *absorbendi* scopo, *Mater perlarum* præparata, vix non dimidio minore mole, ejusdem ponderis quantitatem assequitur, quam *Oculi Cancrorum* preparati, aut adhuc propemodum leviores, *Ostrearum Conchæ* exquisitè tritæ. Quid vero, quod leviores hujusmodi pulveres, etiam in multo minorem mollem coeunt, si cum pauca *Tragacantha* dissoluta impastati, & denuo exsiccati, simpliciter in mortario iterum ad debitam teneritudinem exterantur.

XXXI.

Odores, ut in genere difficillimum est, ita supprimere, ut circa assumptionem medicamentorum in genere, *moroſos* ægros satis subterfugiant atque fallant; ita ex adverso, graviorum aut ingratorum temperamenta aliqua, adhuc non nihil facilius invenire licet. Præcipua vero commoditas in eo occurrit, quod eminentius *odorata* non adeo multa æque necessaria sint, ut illis Ars carere plane non possit. Accedit, quod impatientia *eximiorum* odorum, longe familiarius respiciat illos, qui vulgo *gratioreſ* judicantur; & quorum in rei veritate, non solum vix unquam, vera *necessitas*, sed etiam *verior*

verior *utilitas*, ita occurrit, ut ab illorum omissione ingens defectus arti metuendus veniat: excepto solo casu *analepticarum* formularum; utpote quæ si *Cinnamomi*, *Namphe*, *Cerasorum nigrorum*, aut jam compositas quasdam Aquas amiserint, revera penitus elumbes sentiuntur: dum interim talium concursus, ipsa jucunditate analepsin præstare sentitur.

XXXII.

Quæ res, utut raro eximiā aliquam necessitatē involvat, utilitatem tamen nequaquam in solidum contemnenda, non pro�us a prudentia Medici secludenda venit. Cujus rei ut duo saltem exempla citemus, non contemni meretur narratio plus semel repetita, *Thoneri* in *Observationibus suis*; quomodo gratiōribus ejusmodi formulis pōtiuncularum seu Juleporum, prærogativam apud ægros affecutus sit, junior adhuc *Practicus*, præ senioribus; tanto magis, cum largior additio *Acetostatis Ciri* in easdem formulas, etiam effectum meliorem ad reliquum sentum præbuisset. Et recordamur merito paris eventus, ubi homini opifici, ex acuta febre epidemica decubenti, qua nuper decesserat ejusdem uxori, præscripta erat similis potiuncula, grato sapore conspicua; quam ille, insuper a sensu virium analepses, non solum extollebat, sed præ illa etiam continebat aliam, quæ ante paucos illos dies, ab altero medico, uxori defunctæ ordinata, usitatas quidem illas *Cordiales dictas*, *Borraginis & Buglossa* Herbarum aquas habebat, sed de reliquo tam omnis grati odoris, quam (per superstitionem illum metum, ne saccharum damañ daret,) etiam omni sapore cassa, insuper aliquid pulveris non satis studiose triti complexa, plebejo homini videbatur arenosæ materia miscelam accepisse.

XXXIII.

Qua occasione adhuc semel repeteret libet, quod jam aliquoties attigimus, ne Medicum ullo modo moretur, si illo medio Morositatem ægri sui placare possit, edulcoratio formularum saccharo instruenda. Sicut enim nænia illa non aliunde oreum duxit, quam a male citato antiquiorum suffragio, quod dulcia bilēm angeant: dum hi, in illorum tem-

D 2

porum

porum inopia atque parsimonia sacchari, *mellis* autem familiari usu, hujus quidem, (imprimis copiosioris,) turbulentiores effectus, non imperite annotarunt: ita interim nulla bona consequentia, tota illa horum animadversio ad saccharum, imprimis bene depuratum, album, candidum, atque solidum, immediate transfertur. Ridicula adhuc insuper illa notā, quod hujusmodi consistentia saccharo per *Calx vivam* concilietur; cuius proinde sinistri effectus summo jure reformidari debeant. Quasi vero *Calx viva* alia ratione hic quicquam efficeret, quam *absorbendo* qualecumque tartaream, in crudiore saccharo, aciditatem; quo ipso omnem, si quam post reliquam extinctionem servavisset, *causticam* efficaciam jam pridem exuit. Dum interim, quæ est rerum novarum indiscreta & ambitiosa aviditas, *Magnesiam album*, etiam ad *duplicatas drachmas* præbendam, intemperanter commendant: intempestivè obliiti, si modo unquam fatis intellexerunt, quod pulvis hic in solidum nihil aliud existat, quam *Calx, viva* quandam, quæ *Lixivio terra nitroso*, cum cineribus addita, tam copiosiori nitrosi salis educationi, e terra cui immersum hæret, quam (imprimis tamen per Alcali) *Crystallisationi* ejus, fundamentum substerat. Unde certè subinde præstaret prudentius tam estimare res suas, quam observare, nedum commendare alibi, alibi contemnere.

XXXIV.

Quamvis autem non directe & simpliciter ad nostrum Thēma pertineat, tamen cum omnino illud respiciat, pro evitanda *Morositas* justa etiam provocatione supervacua, adjicemus Observatiunculam non ita dudum nobis obversatam. *Concharum flavigilinum* usus, ut merito à *Dan. Ludovic* inter evporis, pretiosioribus nec unguem latum cedentia, numeratur; ita simplex earum per *trituram* vulgo dicta præparatio, minime quidem insufficiens est euquam scopo: neque tamen etiam aspernari decet, *affitionem* illarum. Interim hac ipsa, non solum in *Calx vivam* transformari, totæ provinciæ maritimæ sciunt, quæ illa pro ordinario cæmento murario utuntur: sed servat etiam hæc *Calx* insuper, quia

quin jam cum modica aqua per trituram præparata, tantam cauſicitatem, ut cum ante parvum tempus ægro uni & alteri præscripta, his querimoniam de acrimonia & amaritie insig-
gni eliciueret; cum in Officina, ubi plus viginti pondo hujus pulveris non ita dudum præparati asservabantur, illum de-
gustare suſpereret, Medicus, in superficie quidem propemo-
dum insipidum invenit, proxime vero sub hac, ita acerri-
mum, vt vel dimidii pisi magnitudine, non aliter quam la-
cerrimum Alcali, prius arroderet linguam, quam totus ex-
spui potuſſet. Sicut per eventus, ægrum admodum sibi
metuentem, cum Pharmacopœo ipſi cætera obnoxio, com-
misit, dum recens paratum hunc conch. uſtar. pulverem,
& forte simpliciter pulverisatum ac in vitro obligato affer-
vatum, a suo Medico præscriptum, cum aquoso vehiculo af-
fumens, hoc incaluisse sensiſſet. Quales itaque circumstan-
tia, non ſolum Morofatii ægrorum occaſionem præbere va-
lent, fed revera etiam adhuc cauſitus remedii effectus, ali-
quanto aliam efficaciam preſtare valet, quam simplicior, per
ipſum aërem omni acrimonia jam exuti aſſumtio.

XXXV.

Sicut autem ſaccharatorum uſus de reliquo, & in fe-
ipo revera innoxiuſ, & plerorumque ægrorum Morofatii
temperandæ ſubinde idoneus eſt; ita tamen nemo facie ne-
ſciet, quod etiam circa ipſum ſacharum, morofati adhuc o-
currant ægri; imprimis ſeſminini ſexu: rariores quidem,
Quibus verum aliquod incommode Cotico-hystericum in-
de ſuccedere folet: plures, quæ à ſciolâ illa traditione re-
centiorum idearum præoccupatæ, incommoda ſibi inde
tingunt: quibus utique gratificari, omissione dulcedinis,
integerrimum fuerit: Cum proprie directis eximiis iuſibus,
nendum ulli necessitatī, vix unquam inferviat.

XXXVI.

Cum interim ſuperius exemplum pro Morofatia in ſe-
confiderata, attulerimus, de Clyſterum odio; præſente loco
illud ad minimum monendum ducimus, ut etiam hæc aver-
ſio, quoad uſquam fieri potest, præſertim tempeſtivè, in me-

D 3 lio.

liorem viam revocari tenteret. Cum enim, imprimis in
 fœminino sexu, à flatuum obßipatione, admodum frequen-
 ter ejusmodi pathemata consurgant, quæ non solum specu-
 labundum Artificem, hujus fundamenti imperitum, ad su-
 perstitiosas plane ætiologias seducere soleant, sed etiam qui-
 buscunque per os exhibendis remediis, nimio difficultius at-
 que segnitus pareant, quam vel unico tempestivo & recte in-
 fructu Clysteri: pertinet proinde certe ad prudentiam Me-
 dici, ut hanc talium ægrorum difficultatem, quoad usquam
 licuerit, expugnare, curæ cordique habeat. Neque vero
 inutile erit, etiam hunc ipsum casum peculiari exemplo il-
 lustrare., Incurrerat Matrona, omni utique vigilantissi-
 ma cura digna, insuper in reliqua constitutione periculis,
 propinquiore, al hujusmodi inclusis flatibus, dolorem acu-
 tissimum, sinistrum hypochondrium, retrorsum versus lum „
 barem regionem, occupantem; invaserat hic sub noctem „
 versus decimam, satis repentina impetu: alvus per 4. jan.,
 horas non succederat, quantumlibet etiam præter purum,,
 juscum dilutum gallinaceum, & parum micæ panis triti-„
 cei, nihil adsumsisset, potus tamen Thee, & duo forte vi-„
 tra vini Rhenani in quemlibet diem, intercesserant. Præ-„
 scribebat statim remedium in hoc genere notæ efficacizæ „
Carminarium, sed & simul *Eneam* quanto cyus applican- „
 dum. Remedium *internum* lubentissime admittebat; *Ene- „
 ma* vero simpliciter renuebat: ita quidem a remedio illo, mi- „
 tescebat impetus dolorum, plane ad sensum; nequaquam „
 tamen ita penitus tollebatur, quin per totam noctem, satis „
 exiguis intervallis, licet brevissima duratione, repullulans „
 somnum, qui de reliquo in promptu erat, non magis inter- „
 pellaret, quam irritum redderet. Ignota anteā Medico „
 hæc circumstantia aversionis à Clysteribus, certe turbabat; „
 interim etiam irrita erat omnis, tam ipsius commendatio „
 quam subsidiaria, assistentium suaſio atque obtestatio, quin „
 certa & propemodum secura pollicitatio, quod Cly- „
 steris receptio, simul & semel omnem illam molestiam pa- „
 catura esset: cum potius repetita atque iterata *interni* re- „
 medii adsumptione, omnia pacatum iri confidens, mallet diu- „
 tur.

„turnitatem inquietudinis tolerare, quam spei huic, imo pro-
 „missis, auscultare. Tandem, sexta jam maturina hora, pro-
 „ponebatur applicatio globuli saccharini moschati quali pro-
 „referanda segniore alvo, sine difficultate jam saepius alias u-
 „sam esse, commode indicabatur. Hoc confilium cum fa-
 „cillime sequeretur, statim ab hujus applicatione, non aliter
 „quam incantamento, sublato omni doloris hujus recursu,
 „cum demum, qua pollet prudentia, liberaliter agnovit, E-
 „nema propositum, si in ejus applicationem consentire pla-
 „cuisse, totam illam, ne quidem ulteriore pericule vacuanam,
 „doloris molestiam diuturnam, jam ante plures horas aufer-
 „sti potuisse, adeoque omnino promissorias illas suasorum ob-
 „testationes, rei veritati ex ase confonas fuisse: id quod al-
 „tera Matrona, in Casu plane pari, acerbitate dolorum prom-
 „ptius persuasa, tanto felicius experta est, quanto matu-
 „rius consilio assensum præbuit; quamvis ante paucos ad-
 „huc dies, jam diuturnæ aversionis ab Enematibus adhuc ita
 „tenax, ut vel mori satius putaret, quam consilio tali assen-
 „sum præbere.. Ita nempe certe non parvum momentum ad
 ingruentes necessitates habet, si tranquillioribus adhuc re-
 bus prospicere liceat, non utilitari solum, sed tanto magis
 necessitatibus, consilii talis aliquando suppeditandi.

XXXVII.

Quamvis autem de Morofstate egrorum hucusque a no-
 bis tradita, si non omnia, tamen possima, sufficere possint; eo ipso quod pluribus, per species, ejusmodi casibus, non
 quadrare solum, sed etiam satisfacere, possint: & præterea
 Morofstatem nostræ considerationis, jam ita descripserimus,
 sub ipsa non minis ratione, ut morum potius obstinationi, seu
 immorigeræ difficultati, quam alteri aut altiori, cause, illam
 tribueremus: non tamen abs refuerit, etiam de illis difficul-
 tibus medicandi adhuc aliquid subjecere, que verè ab al-
 tiore fundamento profectæ, nulla Artificis prudentia, im-
 primis simpliciter & direcè, sublevari possunt. Que res ad
 minimum in eo tractationem nostram respicit, ne confusio-
 ne similium rerum, Artifex non solum incassum, intentioni-
 bus

bus aut inventionibus laborare suscipiat; sed etiam vel gra-
viora hinc impendentia incommoda aut damna prioritare, sibi
caveat. Sunt autem *aversiones* ejusmodi vel *innatae*, vel
adscitiae. *Innatae* iterum, vel *hereditarie*, vel per *matri*,
tempore gestationis, pathemata, *impresso*.

XXXVIII.

Hereditarie aversiones, revera rariores sunt; nempe
tales, quæ etiam matri, imo patri, quin vel avitæ familiæ, simi-
liter omni tempore, adhæserint. Longe vero familiariores
sunt illæ, quæ per pathemata *matrum*, sub gestationis
tempore, infantibus *impresso* fuerunt. Memoratur hujus
generis exemplum prorsus notabile, in Actis Anglicanis ab
Oldenburgio adhuc editis, ubi foeminæ, abscessum in cru-
re perpetuae, ab applicato remedio, parvo temporis spacio,
non solum crus cito atque graviter inflatum atque inflam-
matum est, ut ingens periculum inde ingruere videretur;
sed etiam ægra anxietatis lypothymicis correpta, tanto
præsentiorum majoris malum etiæ objiceret. Cum neque
Chirurgus, neque Medicus accitus, ullam horum sympto-
matum causam invenirent; interim à curris insolecente,
depravatione, omne malum quasi scaturire appareret: re-
cordata tandem ipsa ægra proprietatis suæ, interrogavit,
num quid forte medicamento cruri adhibito, *mel admix-*
tum suisset, a quo ceteroquin penitus abhorrente indi-
cabat. Cum hoc omnino ita se haberet, ablato penitus re-
medio illo, & aliis convenientibus substitutis, omnino faci-
le tam reliqua symptomata sedata fuerunt, quam sanatio ab
secus prompte atque facile successit.

XXXIX.

Nempe parallelæ est oppidò rarior hæc observatio, re-
liquæ illi non ita prorsus infrequent, quo homines quidam,
ex omnibus aliis animantibus, unius propriodem *felis*
præsentiam, quamvis omnes apertos sensus subterfugientem,
nihileminus ita agnoscunt, ut cum reliqua anxietate
etiam ipsis sudoribus enxiis inde afficiantur. Cujus rei ut
alias pasim nota sunt exempla, ita unius veritatem adspexi-
mus

mus, ubi tentandæ veritatis causa, fœmina sana atque vegeta, meridiano somno toto tranquillo quiescens, fele in conclave adportato, non solum mox colorem floridum mutare, & respirationis angustiis affici conspecta est, sed etiam suspicioſa anxietate, & somnolento planctu ita corripi, ut graviorum pathematum metu, ejiciendum fuerit animal. Digna vero omnino effet curioſiore ulteriore experimento, obſervatio, proprioribus Aet. N. C. commemorata, quod omnino a ſale Absynthii, æger Absynthium ita intime aversari ſolitus, notabilia incommoda incurriſe deprehensus ſit: quandoquidem hinc, inſolubilis cæteroquin illa ambiguitas lucem acceptura effet, an nempe in cineribus, imo ſale inde extraēto, vegetabilium, adhuc quidquam essentialis plantarum characteris remanere ſueverit.

XL.

Ad ſcititiae intolerantiae, alia quidem ſimplicius *moralibus* adſuetudinibus originem debet, imprimis ab ipsa infantia coepitis: qualis eſt *nurium, ranarum, lacertarum, ferpentum* &c. ingens timor & formido: altera vero etiam *mixtam* quandam, ex intimo *vitali, & animali* ſenu, imo *affimatione*, originem trahit. Interim, licet prioris efficacia, per gravifimos terrores atque präſentifimos metus, ad *Liporkymiam* usque procedere obſervatur; tamen eo usque ſeſe nunquam extendit, ut, ubi *phantasie* conſcientia tantum excluditur, uliam reliquam turbationem persequi valeant: ut nempe v. g., ab ita reformidatis ſubiectis deſumpta aliqua, & vel *interne*, nedium *externe*, corporibus applicata, ullum adverſum effectum poſt ſe traherent.

XLI.

Ad ſecundam autem *ad ſcititiae* hujusmodi impatiencie Clafsem, refero *aversiones* illas, communiter ipſas etiam ſatis & exquiftas, & pertinaces, que vel per repentinam maximam *nauseam*, vel *nauseofam* importuniorem efficaciam, vel denique diuturnam *nauseofam* contuptionem introducere fuerunt, aut denique exquifta ſenſibilitate introducta

E

sub-

subnixæ, magis magisque adfuescendo obfifmantur. Hu-
 jusmodi funt, aversiones ex *obfaturazione addiphaga ortæ,*
 daß man ſich an einer gewiſſen Speife übergeffen hat, ut in poste-
 rum ne guſtare quidem amplius illam ſpeciem, tine vomibun-
 da nauſea, aut longiore gravatione ventriculi, integrum ma-
 neat. Secundò, si remedium aliquod valde *nauſeofum*, aut
vomitus importunus provocans, aut valde importuna, & im-
 primis *torminosa, catbarsi* graſſatum, in *vehiculo* quodam
 potulento aut eſculento oblatum, in posterum hujus magis
 in ſenſum incurrentis vehiculi, pertinacifimam nauſeam
 conciliaverit. Cujus rei notatum non indignum exemplum,
 alibi jam commemoratum a D. D. Praſide, huic referre lieue-
 rit. "Dum nempe vir juvenis, pomum citreum a pueriſſi-
 bi oblatum deguſtans, & in convivio quidem, incertum an a
 reliqua forte repletione, an hujus pomii culpa, in gravia pa-
 themata cardialgico vomibunda mox prolapſus, profunda
 ad minimum ingurgitatione, pomii hujus eſti culpam illam
 deſtinavit; a quo tempore non ſolum videre tamen & olfa-
 cere libenter poma talia fuſtinuit, fed ne quidem ab eſta il-
 lorū, praefentaneo fastidio abſtinere neceſſe habuiffet, i-
 mo vel gratum illorum ſaporem habuiffet, niſi in ventricu-
 lum demiſſa vomibundas Cardialgias induiſſent, non prius
 ceſſantes, quam vomitu iterum rejecta fuiffet illorum ſub-
 ſtantia: eo uſque, ut, dum gravi morbo chronicō decum-
 benti, paſſim honoris & amoris ergo, exquifiſtores quedam
 dapes inſiſtentur, jufculum etiam aliquando vinofum, ſer-
 puliculam, aromatiſbus uſitatis, exquifiſte ad gratiam, con-
 ditam, naſtus, cum voluptate etiam illud affumferit: fed
 mox inquietudine varia, & omnium morbi ſymptomatum
 exasperatione, correptus ac inſuper plenaria appetitus pro-
 tratione, quamvis fine praeſeminenti Cardialgia, affectus,
 & cum hiſ pathematibus, praefentaneo majorum periculo-
 rum metu, conſiectatus in tertium uſque diem, tum demum
 confuſcente nauſea in vomitus ruente, dum puliculam il-
 lam, nudius tertius affumtam, revomit, ſaporem manife-
 ſtum

„*stum Corticum Curi*, quem in assumptione nullatenus animadverterat, liquido percipiens, tunc demum pathematum horum proximam causam expertus, postea ad pristinam morbi mediocritatem facile redit. Eousque certe incidence possunt symptomaticæ morborum exasperationes, quarum veras causas Medicus ne quidem conjectura, nedum solida rei veritate, aſſequi valeat.

XLII.

Tertio loco, facienda est mentio illius *impatientiae*, imprimis *fæminino* sexui magis incumbentis, qua ab *odoribus*, qui reliquo hominū agmini grati & jucundi reputantur, non solum abhorrent eosque averfantur, sed etiam ita *māle afficiuntur*, ut nonsolum *capitis* graves turbationes atq; dolores incurvant, sed etiam pathematibus *cardialgico colicis* maxime importunis corripiantur, & ſæpe per plures dies exercantur. Nota fuit hujus rei varia exempla, fatis frequenter obvia; unum tamen, ex ore ipsius illuſtris patientis percepit D.D. Præſes, quod præcipuum idem eminentis gradus exprimere posit; dum nonſolum ad percipiendos ejusmodi odores, ita exquīsite ſenſibilissima eſt hac Matrona, jam usque quinquagesimum annum habens, ut in convivio Nobili Viro affidens, nihil reliquum odorati circa ſe habenti, (ſiquidem in hujus Matronæ conuerſatione, adeo omnes odores abefſe necesse eſt, ut etiam a capillamentis adſcitiis, vulgo dicti pulveres cyprii ullo odore imbuti, omittendi ſint,) nihilominus odorem ſentierit *Moschatum*, qui tandem, multum recordando, deprehensus eſt in enſe, quanquam vaginæ incluso, (perfumirer Degen, Klinge) ſed etiam illud insuper peculiare habet, ut a certa *diverſitate* odorum, non ſolum peculiarem *gradum*, ſed etiam *speciem* diverſam, pathematum inde ſuccedentium, diſtinguere didicerit. Cujusmodi affectus, aliis poſt prægressos varios alios morbos casus, aliis poſt puerperia ægritudinibus ſtipata, initium capeſſere obſervantur.

XLIII.

Hujus generis *impatientiae*, uti nostri Thematis *Morofita.*

E 2

sitati adscribi non possunt, ita etiam nullam aliam Medici prudentiam admittunt, quam quæ simpliciter *abstinenter* à talibus offendiculis memor esse cordi habeat, ne ab ipsis de reliquo auxiliis, damnum potius pullulet.

XLIV. Cæterum, ut a *Morofstate ægrorum* etiam *Prognosi* practica usus aliquis affulget, occurunt adhuc duo, vel ipsi hominum vulgo animadverti & notari soliti, circa *Morofstatem* ægrorum, casus; primò, quando ægri, per reliquam præfessionem vitam suam, a *Morofstate* tam generaliore, quam specialiore circa medicamenta, alieniores, gravi morbo correpti, ad remedia difficillimos fæse præbent, quin pertinacia ipsis infolita, penitus recusat. Aut contrâ, quod imprimis in *teneriore* ætate locum habet, cum *sani*, ad eminentes & minus gratos sapores, admodum difficile fæse præbuerint, in graviori morbo faciles fæse præbeant, & velut indifferenter habent. Utrunque horum pro malo omni interpretatur vel ipsum vulgus hominum, cui præsumptioni suffragantur hæ circumstantie, 1) si non manifestior aliqua consensu talis ratio, à mortis *formidine*, eluecat; 2) si *facilitas* illa insolita, re vera indifferens ad omnia mentis signa præ se ferat; à qua etiam *oblivio suis* in æstu acutarum, iam pridem pro maxime suspecta haberi meruit: 3) si à remediis, insolita tali *facilitate* admisis, nihilominus nullus sensibilis bonus effectus observeatur: Et, in contrario casu, inusitatas *aversationes*, 1) remediorum ipsorum eminens gravior odor aut sapor, proportionem talem non æquet; nec etiam nimia copia insignem molestiam facessere possit: 2) si interim morbus nullum bonæ spei successum, per spontaneas maturationes, coctiones, secretiones aut excretiones, virium, atque mentis, tolerabilem constantiam, ostendat: adeoque tam a latere *Medicina naturalis*, secundum Hippocratem, quam *artificialis* omnis spes auxili jugiter destituat.

Hæc sunt, quæ de *Morofstate ægrorum* prudenter *esti-manda* atque *tractanda*, in medium attulisse, sufficere posse arbitramur: Deo pro præstito nobis auxilio, maximas gratias nuncupantes.

S. D. G.

(37)

NOBILISSIMO CANDIDATO,

Εὐπερττον!

P R A E S E S.

Qui artem Medicam , sequestratis etiam omnibus alienis & superfluis, ita arctis limitibus comprehensam esse existimant, ut valde parvo temporis spatio, non magis doceri posse , quam recte edisci , arbitrentur, certe sufficiente ejus peritia se instructos esse , vix fidem faciunt. Sicut enim Scientia Medica, in recte percipienda atque intelligenda Energia Naturæ, (seu principiū motuum vitalium,) tam ad sanum conservandum corpus suum , quam ab ingruentibus atque incumbentibus periculis vindicandum, repurgandum, atque restaurandum, debitè perficienda atque judicio discernenda, assatim certe habet, quod agat; nimio certe plus, quam in generalissimis illis speculationibus, de certa, (sed solidæ determinationi penitus incerta) mechanica dispositione, sive humorum, sive partium: ita peritia, ad has res in ipso facto, in ipsa inquam practica observatione, deprehendas, judicandas, acque decernendas, negotium est , certe majoris ambitus, quam ut ita pugno arripi, imo includi possit: nedum, quod nova moles, & velut inexhausta sentina, occurrat, in extricandis prodigis illis commentariis atque commendationibus materie remediiorum, & executienda anima circa illas credulitate; & potius in methodo, naturæ motibus atque viis recte socianda , quam irriterum remediorum magno numero, collocanda fiducia. Inter quas res,

E 3

fi

si adhuc annumeretur, præter necessitatem sciendi, quæ verè necessaria & utilia sunt; etiam utilitas, non nesciendi, quæ, licet minus vera, tamen tanto strepitu passim occiduntur; puto certè habere artis studiosum, cui tempus impendat non ita breve & evanidum, sed ut satis longum, & diligenter adhibendum. Quid vero, quod omnibus his, ne quaquam adhuc didicerit, quantum satis sit, sed habeat adhuc etiam descendam prudentiam, ad negotia sua recte gerenda necessariam; ne omnis & scientia sua, & peritia, decepta ac elusa, in irritum recidant, imo contemptu, & calumniis traducantur. Cum enim prudentia, tanquam providentia sit, atque præventia; non nuda inter ipsas res jam gerendas solum circumspetio: potest certe hæc imò debet, disci, potius ante negotium gerendum, quam in gerendo: ne imparatum obruant eventus, quos nequidem subinde satis dispicere, tam cito liceat, nedum illis prospiciendi, viam aliquam invenire. Rectissime certe Hippocrates, primo statim aphorismo, difficultates artis non exiguae aperiens, quæ in arte & artifice multum ponderis habeant; Quanquam autem audacter jubeat has exesse, & tanquam præcepto illas proscribat; notius tamen est noto, quam parum hæc præceptis obsequantur; & hoc ipso, dum arti non parent, nec scientia ipsorum sufficit, prudentiae objectum constituant, si qua fortè vel ipsis adhuc, vel ad minimum sibi, Medicus consulere posfit. Dum mature expugnare aggreditur, quæ arti impedimento esse, eamque frustrari possint; prudenter docendo, monendo cohor-tando, atque dehortando, pericula impendentia prædicendo, adeoq; culpam à se & ab arte, satis disertè amoliendo: Ne post rem

rem male cedentem ipsi exprobrari possit, quod ejus culpa, pondus horum errorum tantum fore, non satis edoctus æger, salubrius monenti facile obsecuturus fuisse. Quam rem calumnia in immensum exaggerans, toto conatu in ipsum hac porta irrumpit imo grassatur. Præcipit autem Hippocrates, oportere ægrum se præbere facientem, quæ conveniat fieri; & idem etiam assistentes ægro. Ignota res imperitis, & in sola scientia, & magna credulitate de arte, ferocibus; quantum non subinde fatigat artifices, imo ipsam artem, quantumcunque solidō fundamento nixam: Morositas ægrorum. Habere hanc ante oculos, non prudentiæ solum est, sed omnino mediceæ, pragmaticæ; necessaria, ut intellectu, ita cogitatu. Inaugurali Dissertationi Tuæ, NOBILISSIME CANDIDATE, Thæma ad praxin pertinens electurus, quod illud, de prudentia medici circa morosos ægros, suscep-
ris, nemo, nisi prorsus imperitus sequiū interpretabitur. Reliqua ex memoria depromere integrum erat, & vera vel ponere, vel supponere; Hoc etiam peritæ circumspectionis argumentum esse potest, experto non solum quid possit fieri, sed & quid soleat & imprimis in ægris, non per compita obviis, sed illis imprimis, qui omnem attentionem e-
xigere audent, & pluribus respectibus illa etiam digni sunt, aut ad minimum indigent, quia plus ipsis est, quod noceat, quam jaliis. Cum itaque dogmata ad intellectum, & direc-
tum usum artis pertinentia, Academicis Tuis studiis magna cum industria comprehendenteris; & praxi etiam, non palpitarundæ, ac Empiricæ, sed rationali, & cum recta ratione effectivæ, insudaveris, ad eamque totum
Te

Te conferre aggressus sis : prudenter facis, quod non
solius scientiae, aut nudæ, & in plano ambulantis, artis,
memorem Te ostendas; sed præter illa, quæ ad ipsam
artem, & artificem, respiciunt, satis intelligere monstres,
quid ultra requiratur, ad felicem artis scopum obtinendum:
& quomodo prudentia, partim Therapiam, partim Progno-
sin, præ oculis habere debeat, & non magis illius effectui,
quam hujus salutari eventui, invigilare. Macle virtute esto,
scientia, arte, prudentia. Adhibe his Divinæ benedictionis
perpetuum invocationem; fac diligenter opus, fer patienter
onus: succedent omnia ad votum. Securus omnis
apprecio. Feliciter. Vale. Dabam Hal. Magdeb. VI.
Calend. Decembr. MDCCXIV.




halle, Diss.) A714 LII-2



sb.







Aegrius.

DISSESSATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
MOROSIS ÆGRIS,
PRUDENTIAM MEDICI
FATIGANTIBUS ET FLA-
GITANTIBUS,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
D N. C A R O L O,
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENBUR-
GICO, ET RELIQUA;
GRATIOSO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRÆSIDE

D N. G E O R G I O E R N E S T O S T A H L ,
CONSIL. AUL. ET ARCHIAT. REG. MED. ET RER. NATURAL.
PROF. PUBL. ORD. ACAD. NAT. CUR. COLLEG. DECANO
SPECTATISSIMO,

D N. PATRONO, PRÆCEPTORE AC PROMOTORE SUO
omni Observantie & Honoris cultu etatem colendo,

P R O G R A D U D O C T O R I S ,
Summisque in Arte Medica Honoribus, Insignibus, ac Privilegiis
Solenni Majorum more impetrandis,
Ad d. Novembr. MDCCXIV. horis ante & pomeridianis,

I N A U D I T O R I O M A J O R I ,
Publico Eruditorum examini submittit,
B A L T H A S A R F R I D E R I C U S J A C O B I ,
MED. PRACTICUS.

H A L E M A G D E B U R G I C A E ,
L I T T . C H R I S T I A N I H E N C K E L I I , A C A D . T Y P C O R .

